Damna praetacta Terrestria simpliciter absq corporali iuramento taxata libere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum terminum primum peremptorium uti et alios eosdem eandem consequentes causae eiusdem terminos semper peremptos vera infirmitate pro maiori minorenitate succor legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Euictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castren Capitan Premyslien terminos dilationem sibi non recipiendo nullas motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia praenes simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praecipue Terrestri Bello Conventioneq ac aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo hac sua praesenti personali Regne ad praemissa omnia mediante.

Dzieciolowski Consorti suae reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Gnosq Alexander Dzieciolowski Gnosi Joannis Dzieciolowski cum Gnosa Anna Czeska praeteatus filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competen recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis omnibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Gnosa Cristina Porembska Gnosi olim Joannis Porembski cum olim Gnosa Anna Balenska praeenita filia sui vero Recognoscentis Consorti legitima eiusq praeteris summam quinque millium florenorum polon ratione veris dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem summam Quinque millium florenorum polon ratione veri iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate

Etate omnium omnibus bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarium nunc habitarum et in post habendarum necnon Auri argenti Clenodiorum Unionum Margaretharum Vestium Vestimentorum Stanni, Aeris, Cupri Orichalci pecorum pecudum equorum equiteae ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout dat dotat dotalitiat inscribit et reformat sentibus Per ipsam Generosam Cristinam Porembska sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum omnium cum universis ipsius utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi adusque suos suorumque successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum. A in quacumque forma et materia existens.

Kozlowski Grochowskiego quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Georgius Kozlowski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Veroc Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosus Stanislaus a Grochowice Grochowski olim Magnifici Raphaelis ab eadem Grochowice Grochowski Castellani Leopoliensis filius eiusque posteros de Inscriptione ad vitalitiali sibi Recognoscenti per eundem Stanislaum Grochowski super certa sorte bonorum Villae Triciniec coram Actis praesentibus inscriptam tam de iisdem bonis Juri advitalitio subiectis ob praestitam sibi Recognoscenti satisfactionem quietat emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat Inscriptionem advitalitialem in toto et pro omnia cassat mortificat et annihilat